

majus signum quād quod petere non auderet, majoris liberations argumentum Deum non iam Achaz, sed domini Davidis datum prædicti, vers. 15, 14 : *Audite, domus David, numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molestus es et Deo me? Propterea ecce Dominus ipse dabit vobis signum, q. d., quia vos petere negligitis, ipse ultrò dabit, non iam quale regi obtuli, fore ut Deus populum suum à rege Assyriorum liberet; sed longè magis, fore ut liberet à peccatis et diaboli tyrannie. Itaque a majore probat minus.*

*ET VOCABANT. Quid quidam mirantur apud Isaian esse vocabī; et evangelistam dixisse *x̄cōvōi* vocabū, nullam admirationis habet causam, quia, ut ait Hieronymus, ex p̄p̄ evangelistis sententiam, non verba citare solent; sed et nūbil hoc loco, quomodo Evangelista diceret *x̄cōvōi*, ut Septuaginta verterunt; an *x̄cōvōi*, ut Chaldeens, an *x̄cōvōi*, referebat.*

QUO EST INTERPRETATUM EMANUEL NOBISCUM DEUS, QUO AUTEM MODO DEUS NOBISCUM ESSE P̄ HOC NOMEN SIGNIFICET, QUERI SOLERE VIDE. QUORUMDAM NON PROBO SENTENTIAM, QUI SPIRITUALITER TANTUM INTERPRETANTUR DEUM ESSE NOBISCUM, ID EST, NOBIS RECONCILIATUM, COL. 1, 20. QUOD ANTE INQUITAS NOSTRAE AB ILLO DISJUNGERENT, ISAIE 59, 2. MEILIUS CHRYSOSTOMUS, ET ALII NONNULLI PATES, IPSAM FILI DEI INCARNATIONEM DECLARI PUTANT. EST ENIM DEUS NOBISCUM, NON SOLUM QUA AUXILIO PRÆSTAT, ET PECCATA REMITTIT, QUOMODO ETIAM CUM ANTIQUIS ILLIS JUDÆIS ERAIT; SED QUID VERBVM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOS, JOAN. 1, 14; QUA IN TERRIS VIVIS EST, ET CUM HOMINIBUS CONVERSAT, BARUCH, 5, 58; QUA COMMUNICAT CARNI ET SANGINI, HEBRÆORUM, 2, 14. QUOD AUTEM EX HOC LOCO QUIDAM COLLIGUNT MATTHEIUM HEBREIUM, NON SCRIPSESSERUNT IN PREFATONE, CAP. 5.

VERS. 25. — ET NON COGNOSERAT EAM. Hilaris coguiscere, interpretari, pro uxore habere, nam ante, inquit, sponsa erat; posiea in nomen transvixi uxoris, non quid marito conjuncta fuerit, sed quid pepererit, ut faciat uxores. Epiphanius verò adversus Elijanos prius dicit non cognovisse, post partum verò cognovisse non eis quidem corpus, sed animum, virtutem, sanctitudinem. At jam monitus ab Angelo, non poterat ejus ignorare virtutem, quam sciret de Spiritu sancto conceperisse; et nemo non videt Hebraicam esse phrasim, quā honeste usus matrimonio significatur, ut Genesis 4 et 19, 8; Numeror. 31, 35 et 3 Reg. 1, 4. Illud verò quod quidam adnotarunt, hoc verbum non dici, nisi cū primū virgo defloratur, falsum esse constat Gen. 4, 25 et 38, 26, et 1 Reg. 1, 19. Arripiēbā hic Jovianus, Helvidius, Ebionista, et ut ait auctor Imperfici, Euomiani ansam de beatae Marie post partum virginitatem malè sentiendi, vide vers. 18; tantum admundendum est, quem-

*Vers. 25. — Vox, noscē, id tantum indicat, quod ante factum non fuit, non quid eam postea cognoverit: id unum designat, non eam cognovisse: it illa particula, *antequam*, *donec*, indefinitum relinquunt quid postea factum sit. Sola virginis fides, cū spiritu sancti operatione, quasi umbrā, ut ait Angelus*

*admodum has particulas *antequam* et *principiū*; ita has donec et usque, et si quae sunt aliae similes, non semper affirmationem post tempus, quod notatur, si negatio praecessit; nec semper negationem, cū praecessit affirmatio significare, ut Hieronymus adversus Helvidium, et Chrysostomus hoc loco multis exemplis demonstrarunt. Matthæi 28, 20: *Ecce ego vobis sum usque ad consummationem seculi*; non indicat postea cum illos non futurum, sed multò magis futurum, 2 Reg. 6, 26: *Michol filia Saul non est natus filius usque in diem mortis sue*; non significat eam post mortem peperisse. Psal. 109: *Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* non significat postea non sessurum. Matth. 5, 19: *Donec trānsact̄ celum, et terra, iusta unum, aut unus aper non præterit à lege*, non indicat fore ut postea prætereat. Ergo in his omnibus locutionibus, id dicitur quod est dubium, id tacetur quod est certum.*

*FILIUM SUM PRIMOCENTUM. Hoc aliud erat hereticorum argumentum, qui de Mariæ virginitate malè sentiebant, quod Christum evangelista Maria primogenitum appellat, quasi post eum alios generuit; ubi enim secundi genitus nullus est; ibi nec primogenitum esse posse. Epiphanius videtur vim argumenti declinasse. Negat enim heres, 78 Christum Mariæ primogenitum appellatum. Nec enim evangelistam dixisse, donec peperit filium primogenitum sūm; sed filium sūm primogenitum, ut significaret filium esse Mariæ, primogenitum autem Dei. *Ipsa namque est primogenitus omnis creatura*; Colos. 4, 15, et *primogenitus ex mortuis, vers. 18, et 8, Rom. 8, 29, primogenitus in multis fratribus*. Melius et fortius Hieronymus adversus Helvidium, primogenitum Mariæ Christum dicit, non quid post eum aliis; sed quid ante eum nemo genitus sit. Hunc enim Scriptorū esse usum, ut unigeniti etiam primogeniti dicantur; quia qui unigeniti est, necessarij ante omnes alios, id est, nemo ante eum genitus est; quod est esse primogenitum, Exod. 4, 22. Deus vocat populum Israel primogenitum sūm, cū alium non haberet. Et c. 12, 29, dicitur percurssione omnia primogenita terra Ægypti: inter quos non dubium, quia unigeniti fuerint, et c. 13, 2, et 22, 29, iubet omnem primogenitum sibi sacrificari; consuetudo autem legis interpres etiam unigenitos docet intelligendos; aliqui expectandū erat, donec alii posterius geniti nascerentur. D. etiam Paulus, Hebreor. 1, 6, primogenitum Dei, pro unigenito Christum appellavit. Cur ergo evangelista addidit epithetum, *primogenitum?* idē, ut opinor, ut significaret Mariam non solum concepisse virginem, sed etiam peperisse. Nam de conceptu dixerat, vers. 18: *Antequam convenient, inventa est habens in utero de Spiritu sancto*. A parte nunc dicit: *Non cognoscebat eam, donec peperit filium sūm primogenitum*.*

Gabriel apud Lucam, in hoc mysterio eniuit. FILIUM SUM PRIMOCENTUM, non quid alios habuerit fratres, sed quia nullus ante. Sic omnis unigenitus est primogenitus; Numer. 18, 15, primogenitus est ante quem nullus.

genitum; id est, cū eam non cognovisset, peperit filium sūm; qui idē solus maximè propriè primogenitus dicitur, quia cū primogenitus diceretur qui vulvam aperiebat, Exod. 13, 2 et 34, 19, solus

CAPUT II.

1. Cū ergo natus esset Jesus in Bethlehem Iuda, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Jerosolymam,

2. Dicentes: Ubi est qui natus est rex Iudeorum? vidimus enim stellam eis in Oriente, et venimus adorare eum.

3. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo.

4. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nascetur.

5. Illos qui dixerunt ei: In Bethlehem Iuda: sic enim scriptum est per prophetam:

6. Et tu, Bethlehem, terra Iuda, nequaque minima es in principib⁹ Iuda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel.

7. Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quo apparuit eis:

8. Et mitens illos in Bethlehem, dixit: Ite, et interrogate diligenter de puer: et cum inveneritis, renumitate mibi, ut et ego veniens adorere eum.

9. Qui cum audissent regem, abiurierunt: et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens, staret supra, ubi erat puer.

10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Mariæ matre eis, et procidentes adoraverunt eum: et, aperiti thesauri suis, obtulerunt ei munera, auxrum, thus et myrram.

12. Et, responso accepto in sonni ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

13. Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in sonni Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum et matrem eis, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi: futurum est enim ut Herod querat puerum ad perduendū eum.

14. Qui consurgens, accepit puerum et matrem eis nocte, et secessit in Ægyptum.

15. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

16. Tunc Herodes videns quoniam illius esset a magis, iratus est valde: et mitens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, et in omnibus finibus eius, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquirerat a Magis.

17. Tunc adimpleretur est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem:

18. Vox in Ramā audita est, ploratus et ululatus molitus: Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt.

ille aperuit, qui solus clausam invenit, ut Tertullianus docuerat. Aperuisse autem interpretor, non verè aperiendo, sed quemadmodum si aperiuisset, verè na-scendo.

CHAPITRE II.

1. Jésus étant donc né dans Bethléhem de Juda, aux jours du roi d'Hérode, voici que les mages vinrent à Jérusalem,

2. Disant: Où est celui qui vient de naître roi des Juifs? car nous avons vu son étoile en Orient, et nous sommes venus l'adorer.

3. Or, le roi Hérode apprenant ceci, il en fut troublé, et toute la ville de Jérusalem avec lui.

4. Et, assemblant tous les princes des prêtres et les scribes du peuple, il s'enquit d'eux où devait naître le Christ.

5. Ils lui dirent: Dans Bethléhem de Juda. Car il avait été écrit ainsi par le prophète :

6. Et vous, Bethléhem, terre de Juda, vous n'êtes pas la moindre entre les princesses de Juda; car de vous sortira le chef qui doit régner mon peuple d'Israël.

7. Alors Hérode, ayant mandé les mages en secret, s'enquit d'eux soigneusement du temps auquel l'étoile leur était apparue.

8. Et, les envoyant à Bethléhem, il leur dit: Allez, informez-vous exactement de cet enfant; et lorsque vous l'aurez trouvé, faites-le-moi savoir, afin que j'aillle aussi moi-même l'adorer.

9. Ayant entendu ces paroles du roi, ils partirent; et voilà que l'étoile qu'ils avaient vue en Orient allait devant eux, jusqu'à ce qu'elle vint et s'arrête à l'endroit où était l'enfant.

10. Lorsqu'ils virent l'étoile, ils enrent une joie extrême.

11. Et, en entrant dans la maison, ils trouvèrent l'enfant avec Marie sa mère; et se prosternant ils l'adorèrent; puis, ayant ouvert leurs trésors, ils lui offrirent des présents, de l'or, de l'encens et de la myrrhe.

12. Et, ayant été divinement avertis en songe de ne point retourner vers Hérode, ils s'en revinrent dans leur pays par un autre chemin.

13. Lorsqu'ils furent partis, voici qu'un ange de Seigneur apparut en songe à Joseph, disant: Levez-vous; prenez l'enfant et sa mère, et fuyez en Egypte, et n'en partiez point jusqu'à ce que je vous le dise; car il arrivera qu'Hérode cherchera l'enfant pour le faire perir.

14. Joseph s'étant levé prit l'enfant et sa mère, durant la nuit, et se retira en Egypte.

15. Et il y demeura jusqu'à la mort d'Hérode, afin que fut accompli ce que le Seigneur avait annoncé par le prophète, disant: J'ai rappelé mon fils de l'Egypte.

16. Alors Hérode, voyant qu'il avait été joué par les mages, entra dans une extrême colère; et il envoya tuer tous les enfants qui étaient dans Bethléhem, et dans tout le pays d'alentour, de deux ans et au-dessous, selon le temps dont il s'était soigneusement enquiert des Mages.

17. Alors s'accomplit ce qui avait été annoncé par le prophète Jérémie, disant:

18. Une voix a été entendue dans Rama, des pleurs et de grands gémissements; Rachel pleurant ses enfants, et elle n'a pas voulu recevoir de consolation, parce qu'ils ne sont plus.

49. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparet in somnis Joseph in Egypte,

50. Dicens: Surge, et accipe puerum et matrem eum, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quererent animam tuam.

51. Qui consurgens, accepit puerum et matrem eius, et venit in terram Israel.

52. Audiret autem quid Archelaus regaret in Iudea pro Herode patre suo, timu' illo ire: et admissus in summis, secessit in partes Galilee.

53. Et veniens habuisset in civitate que vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazarens vocabitur.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — CEM ERGO. Rector veritatis noster interpres, ergo, quis magis convenit hunc loco, ut continuativa sententia, ut grammatici vocant, quam ut adversaria sit. IN BETHELHEM. Servans evangelista leges historicas, tempus, evenitatem describit. Locom, in Bethlehēm, tempus, in diebus Herodis; evenita: Ecce Magi ab Oriente uenient. Car autem natus sit in Bethlehem, ratio est facilis; primum quod Michaelis propheta predixisset, c. 5, 2, et oportebat cum etiam ex natali solo probare se esse dicemus, de quo propheta loqueretur. Deinde, quia eodem loco natus erat David, 1 Reg. 17, 1, et 17, 12. Cujus ipse successor et restaurator rupi uenit; oportebat inde de radice Jesse florē ascendere, ubi erat radix, itaque vix diu natus, ex loco natali sui adversarios suos principes sacrerunt, et seriles populi convincti; si non ut se Christum esse credant, in qualiter modo profiteantur vers. 5. Itaque, cum Joseph et Maria non in Bethlehem, sed in Nazareth habitarent, occasio imperabat ad Augusto cœnū venienti in Bethlehem, Lue. 2, 4, quasi non alia de causa totius desiderabatur orbis, quam ut ne totis orbis dominis extra patrum suam nascerentur; cogit Deus imperatoris cultum propheticā veritati servire.

JUDA. Plerique codices habent Judæa atque ita uidetur Chrysostomus, et Euthymius legisse; multique ita legendum censem, consensione, ut opinor, plurimum codicum adducti. Ego Hieronymo potius assentior, qui et hoc loco, et in commentariis in cap. Michaelis 5, Judæa pro Judæitico legi contendit. Judæan enim tantum terram duodecim tribum, Juda verò solam sortem

VIRE 1. — Moribus est Herodes anno correctionis Julianæ 42, ab urbe conditi 750, mense novembri: unde et Christus natus est anno 749. Anno vero aevi vulgaris consulati Caius Cesarius, et Emilia Pauli incauit in annum 49 correctionis, et 751 urbis conditi: adeo ut nativitas Christi antevertat arianum communem 4 annis et 7 diebus. Atque hic error in computanda aera Christianorum circa annum 525, Justino imperante irrepsit, cum Dionysius Exiguus annos computare coepit ab incarnatione Christi, quid hinc anno numeri aurei, seu cycli lunaris anni primi illigere voluerit. Nunc vero a primo die Januarii anni 46 Juliani post nativitatem Christi iam ab aliquo seculis era Christiana incipit. Inter eruditos nostra aetas fidei convevit Christianum natum esse anno 55 Herodus ab expugnata Hierosolyma, et a capto Antigo-

19. Or, après la mort d'Herode, voici qu'un ange du Seigneur apparaît en songe à Joseph en Egypte,

20. Disant: Levez-vous, et prenez l'enfant et sa mère, et allez dans la terre d'Israël; car ceux qui cherchaient l'âme de l'enfant sont morts.

21. Joseph s'étant levé, prit l'enfant et sa mère, et s'en vit dans la terre d'Israël.

22. Mais apprenant qu'Archelaus régnait en Judée à la place d'Herode son père, il crut qu'il allait être divinement averti en songe, lequel se retrouva dans la Galilée.

23. Et y venant, il habita dans une ville appelée Nazareth, afin que fut accompli ce qui avait été dit par les prophéties. Il sera appelé Nazarene.

COMMENTARIA. CAP. I.

Act. 11, 28, sed Matthaeus, quia de regno Herodis agebat, cuius verum successorem natum dixerat, ejus potius quam Casaris mentionem fecit.

Recis, ut distinguat a tetrarcha, de quo c. 14, 1. Videatur autem evangelista indicare voluisse tempus natus, ut Christus nascetur. Cum enim predictum esset non *asperendum sceptrum* de tribu Iuda, donec *veniret qui intelligendus erat*, Genes. 49, 10, dum dicit Herodem hominem alienigenam reguissimus, indicat sceptrum de tribu Iuda diffusus, exactumque fuisse tempus, quo ex prole Jacob Christus venturus erat, Gen. 49, 10, in Chrysostomus et Theophylactus adnotavit.

Ecccl. Haec particula duplice loco locum vim habet. Significat enim statim nato Christo venisse Magos, ut paulo post expounemus; et inopinato venisse, quod civitatis tumultuatione declaratur, vers. 5.

MAGI IN ORIENTE VENERANT. Quatuor de Magis questiones esse possunt: Qui fuenter? quod unde uenierunt? quo tempore profeci? Nam de stellis qualis fuerit, et quoniam ex ea Christum natum cognoverint, postea dicimus. Prima quistio ex altera pendere milii videatur; nam Hebreacō in Græce Matthaeus scripsit. Nam si Hebreacē significatio nominis בְּהֵרֶב sequenda erit; si Græci, nominis πάγιοι. Hebreacē autem scripsisse diximus in prefatione cap. 8. Videendum ergo qui sunt qui Hebreacē vocantur בְּהֵרֶב quod hoc legitim. Igitur vocantur Hebrew, quos Latini præstigiatores, ut apud Plautum legimus, id est, qui incantationibus, aut alia aliquā arte rerum species immutant, ut aliae sint, aliæ vindicantur, ut ait R. Abraham. Quales illis Pharaonis fuisse legimus, qui diabolica arte divinam Mosis artem in transformandis rebus iniubabantur, Exodi 7, 12, 22, et 8, 7. At istos ne nos interpretetur, nec Septuaginta Magos solent uentre; sed illi ubique maleficios hi παραπάνοι, aut παρεπάνοι, ut Exodi 7, 11, et 22, 18; Deut. 18, 10, et 2. Par. 55, 6; Jerem. 27, 9; Daniel. 2, 2, Malach. 5, 5. Magos vero et noster interpretetur, et Septuaginta eos uicare solent quos Hebrei בְּהֵרֶב, id est, qui inspectione siderum, futura praedictum, sagacitate naturæ summa interpretantur, Dan. 4, 20, et 2, 2, 10, 27, et 4, 4, et 5, 7, 11, 15. Veritatem etiam Magos velut interpres, quos Hebrei vocant פָּתָן, Pythones, Septuaginta vero solent redire ἡραρχούσιοι, ut Lovit. 29, 51, et 20, 6, et 4 Reg. 28, 5, 9. Hos

qui nostri fuerunt principali siderum contemplatores, quorum Dominus misericors novam condidit stellam, que ipsos ad Christum perducerent. Non fuisse propriæ reges, hinc coniipi potest, quod evangelista id ipsum non tacuisse. Ac longe probabilius videtur ex Arabia Magos uenisse, quam à Perside que 500 familiis distat Hierosolyma. Deinde propheta Balac, Numer. 24: Orient stella ex Iacob, que suo loco fuit exposita, illi erat nitor quidam Persis, et Chaldeis. Hanc vero Magorum nitorum paucis post nativitatem diebus factam esse Mattheus his verbis inuenire videtur: Cum natus esset Jesus, etc. Hinc sententia facient Justini Martyr in dialogo cum Tryphonie: Tertius, contra Judæos, e. 9, qui haec verba Psal. 71, his aptat: Reges Arabum et Saba manuera offerent. In textu Hebreo sic legitur: Reges Tharsis postea colueré, fide, spe et charitate.

et insularum manus reddent, reges Saba et Saha donum offerent. Id observat Abbas Pezronius in Evangelicā Historiā Callicē editā primum Saba per Schin, alterum per Samach scriptum esse: adeo ut duo populi diversi his vocibus designentur, ambo in Arabia, qui Genes. 10, 7, indicantur. Saba per Samach filius erat Chius, alter Saba natus est ē Regina, et nepos erat Nemrod, seu ex fratre filius. Pontoponus Mela, I, 2, 8, locum de Arabia Felice, majoren, inquit, Saba tenet partem ostio proximan. Quis et Ezechiel, e. 27, loquens de Tyrus testatur Saba ē Regina eo interre aurum, geminas, et aromaticas, Gerrai, et Saba hui permisit auro, thure, et mirra optimā abundant, ut et vicina insula. Atque hi reguli insularum reges terre et mari adunbarunt, qui Cursum postea coluerē, fide, spe et charitate.

deat Chrysostomum, hom. 6 in Matth.; rideat Hilarius, lib. 4 de Trin.; rideat Basil., hom. de Hum. Christ. Gener.; rideat Iacum ad Varin., rideat Hieronymum aut Hieronymo aqualem atata auctorem, Ps. 21; rideat Augustinum, aut vetustum certe, quisque est, auctorem lib. de Mirabilibus sacra Scriptura; rideat Isidorum, Bedam, et Strabum, ut alios non nominem, quos liberiore fortasse impudentia ridebit. Hi enim omnes reges fuisse credunt, et illo psalmi loco fidem faciunt. Non quod credamus reges fuisse Tharsis; sed quod reges Tharsis pro quibusvis Gentilium regibus, quasi exempli loco a Davide positos putent, ut Tertullianus exemplis etiam Scripturarum docet, eodemque sensu Ecclesiæ in festo Epiphaniae illum psalmi locum usurpat. Solet enim sepè, que de una persona dicta sunt ad aliam propter similitudinem non ignoranter, sed prudenter accommodare. Nec enim ignorat quod scriptum est, Lue. 10, 42: *Maria optimam partem elegit, non de Mariâ Christi matre, sed de Mariâ Lazarî sorore dicitur esse;* tamen ad Christi matrem in ejus festo prudenter accommodat, quia et ipsa Maria est, et verò optimam partem elegit. Præterquam quid Ecclesia Magi fuisse reges non certa et catholica fide, sed probabili opinione credit. Licuit enim christiano post patrum nostrorum memoriam salvâ religione dicere: *Nec reges, ut opinor, erant.* Licuit multis nostro tempore catholicis et eruditis theologis idem scribere, suamque opinionem, non ut illi risu, sed magnis argumentis confirmare; non fuisse evangelistam silentio nomen regum, si reges fuissent, præterreges; cum id ad honorem adorandi Christi magnope riperiteret; majore apparatu excipiendos ab Herode reges à rege. Ista nos non ignoramus, et malum tamen credere fuisse reges; non illos quidem Persarum nobilissimos, sed tamen principes qui regum aut regulorum nomen merentur, sicut illi Joan. 4, 46, 49, et sicut amici Job, qui ad consolandum eum venerant, Tob. 2, 15, reges appellarunt, et ut Marcus, c. 6, 14. Herodem magni Herodis filium regem appellavit, cum non rex, sed tetrarcha esset Gaïlae, Matth. 14, 1, et Lue. 5, 1. Certè poetæ Juvencus primore gentis sua, et proceres appellant. Conjecture sunt, quod ab Oriente usque venient; unde privati profecti philosophi tam longo suspecto itinere non veniunt; quod regem natum adoratur; quod facere soli principes solent; quod thesauros habuerint, vers. 41; quod ab Herode simul ut venerunt comprehensi non sint, et in crucem acti; quod ipse Herodes dicat se quoque adorandi causâ, cum ubi sit intellexerit, iturum esse. Simulatè; quis neget? tamen veritatem certè simulabat, quasi omnes reges deberent, Magorum exemplo, novum regem adorare; quod privati homines nunquam ausi fuissent coram tyranno profleri, legitimum Judeorum regem natum esse. At cui evangelista reges non appellavit? Cur auctor libri Job amicos ejus regos non appellat; Tobiae vero libri auctor appellat? Si alius evangelista illam eandem scripsisset historiam quam Joannes, c. 4, 46, scripsit, illum fortasse, quem Joannes regu-

lum vocat, alio nomine vocavisset. Neque ratio querenti omnino decriit, cur Matthæus Magos potius quam reges, cum utrumque essent, appellaverint. Voluit enim tacitè rationem reddere, cur ex stellâ Christum natum esse cognovissent. Hoc enim Magorum non regum fuit.

De numero minùs constat. Hic etiam ridet nos haereticorum interpres, quod tres fuisse credamus, inde in errore ducti, quod tria fuerint munera, quasi singula singula, non cuncti cuncta communiter obtulerint. Ipse quatuordecim fuisse nescio apud quem auctorem legerit, certè non nisi apud Catholicos legit, unde potius facilè cognoscere nos non certò fuisse tres, sed probabiliiter credere. Auctor operis Imperfecti ex apocryphâ quâdama scripturâ, quam suo tempore nomine Seth existimat, duodecim fuisse tradit. Strabus plures tantum fuisse ex modo loquendi evangeliste colligit. Communis non solum vulgi, sed veterum etiam auctorum opinio est fuisse tres, Augustini, serm. 29 et 35 in Tempore, Leonis, serm. 1, 4, 5, 6, 7, 8, de Epiphaniâ, Ruperti in commentariis; eaque multo è ceteris probabilior. Illud enim certum est plures fuisse, cùm evangelista numero semper multitudinis Magos appelleat, et probabile est plures fuisse duobus, quia non duali, ut vocant, sed plurali usus est numero. Fuisse autem tres, eti non certa, tamè probabili conjecturâ ex donorum numero colligitur. Credibilis enim est diversa quâdam eadem omnes munera dedisse, quod id magis sit usitatum, et gratius accipientibus, honorificentius dantibus esse soleat. Certè hæc opinio aliqua; aliae nulla ratione probari possunt.

Unde autem venerunt, quæ tercia erat questio etsi magna ex parte evangelista declaravit, relictus tamen est diversis opinib[us] locis. Multi enim veteres auctores ex Arabia venisse putant. Justinus in Tryphon, Tertullianus adversus Iudeos, et lib. 5 contra Marcionem; Cyprianus in serm. de Stellâ et Magis, Epiphanius in Epitome. Nec tamen ex occidente, ut hereticus putat, orientem fecerunt. Est enim Arabia ad Palastinam inter orientem et meridiem; et solent regiones medie nunc orientales, nunc meridionales appellari, sicut regina Saba, regina Austræ, id est, meridionalis, dicta est, Matth. 12, 42, et Lue. 11, 31. Moti sunt non immixti h[ab]it[us] prophœtia Davidis, Psal. 71, 10: *Reges Arabum et Saba dona adducunt.* Ipsa quoque numerus patriam produnt. Nam Arabiam totam auro et Sabaziorum regionem thure odorisibusque abundare adeò certum est, ut his ipsis rebus ex regiones apud poetas celebrantur. Alii Chaldaea fuisse dicunt, quod aliquando Chrysostomus placuit. Scribit enim, quod mirum est, à Septentrio venisse. Idemque Strabus auctor Glossa quam vocant Ordinarie; et nonnulli nostro tempore viri sanci cruditi senserunt, quorum polissimum est argumentum, quod neque ex Perside, neque ex Arabiâ tredecim dierum spatio venire potuerint. Horum ego minimè assenser opinio[n]i. Nam etsi Chaldaea medium inter septentriones et orientem esse scio, tamen consuetudo Scriptura

est ut septentrionalis appelleretur. Nota sunt illæ prophetarum voces, Chaldaem significantes; *Ab aquiloni pandetur omne malum*, Jer. 1, 14, et 4, 6, et 23, 9. Communis mihi placet opinio ex Perside venisse; et quia plures habent auctores, Chrysostomum, hom. 7, Auct. Operis Imperfecti, hom. 2; Cyrillum Alex., lib. 4 in Isaïam, Juvencum poetam, Theophylactum, et omnes fr̄i posteriores; et quia nomen ipsum Magorum Persicum est; et quia evangelista dicit ab Oriente venisse, et quia Persicus præ more ferunt. Reges enim adorare, et non sine munere adire Persia lexerat, ut omnes ejus gentis scriptores tradunt. Quo autem modo tredecim diebus venire potuerint, paulo post explicabimus.

Quarta superest questio, quandonam venerint, et quando profecti sint; duas enim has partes quaestio habet. Epiphanius duobus post natum Christum annis venisse affirmit, et omni opere contendit, hec. 50 et 51, propera illa verba, vers. 16: *Occidit omnes pueros à matre et in utero, secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Idemque ante eum Eusebius Cesariensem sensisse ex ejus apparebat Chronico. Multo verior est Ecclesiæ sententia decimo tertio die post natum Christum venisse; quod veteres etiam auctores tradidérunt, Augustinus, serm. 1, 2 et 3, de Epiphaniâ, Leo octo sermonibus. Certè illud constat non nullis post diebus advenisse. Hoc enim Evangelista significat, cùm dicit: *Cum natus esset Jesus, ecce Magi venerunt.* Nam et connexione verborum, et particula illa, *ecce*, indicat post Christi natum statim Magorum adventum secundum fuisse, ut Gen. 29, 9: *Adhuc loquebantur, et ecce Rachel veniebat cum oviis patris sui, et Genes. 24, 15: Necdum intra se verba compleverat et ecce Rebecca egrediebatur; et quia certum est, Joseph et Marian non mansisse in Bethlehem supra quadragesima dies purificationis, qui ex lege prescripti erant; Levit. 12, 2.* Statim enim venerunt in Jerusalem ut sisternerent cum Domino, Luce 2, 22, et statim reverterentur in Galileam, vers. 59. Magi autem Christum in Bethlehem inventerunt, Matth. 2, 9, ergo ante quadragesimum à natali diem Magi venerunt. Quod enim Epiphanius ait, Joseph et Marian, singulis annis co d[omi]n[u]m ex Egypto in Bethlehem venire convivisse; cùmque post duos annos rediissent, Magos eos inventisse: mirum videri potest tam eruditio viri in mentem venire potuisse: quis enim credit Joseph et contra naturalem charitatem, et contra mandatum Dei, Matth. 2, 15, infantem in illum ipsum locum, illi à tyrranno queri sciabit, redditum fuisse? cùm etiam mortuo tyrrano, et à Deo admónitus ut reverteretur, ausus non fuerit in Judeam redire; sed in Galileam diverterit, vers. 22. Aliquod etiam est argumentum, quod Joseph et Maria adeò incommodè in Bethlehem habiti fuerint, ut credibile non sit diu jacente in præsepi Christo eos manevisse. Quando ergo ex patriâ profecti sunt? Quidam duobus aata natalem Christi annis profectos putant iisdem impulsu verbis, vers. 16, *à matre et in utero, secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Ad quam sententiam auctor Operis Imperfecti, hom. 2, et

Augustinus, serm. 7, de Epiphaniâ, accedere videntur. Mihī verò incredibile videtur, magos duos interuos annos in itinere posuisse, etiam si totum terrarum orbem pedibus peragrassent. Nam nostrâ aetate Magellanius duobus annis multis superatis impedimentis, in multis diu locis commoratus unâ navi totum circum orbem terrarum navigavit. Aut quidam stellam quidem ante duos annos Magis apparuisse; non tamen statim profectos fuisse eos; prius disputandum fuisse diu quid stella portenderet, re verò explorata, adoranda profectionem. Hoc etiam postea, cùm de stella agemus, refutabimus. Fingamus tamen ita esse, nimis adhuc longum erit tempus. Mihī Augustini sententia validè placet, serm. 52, de Tempore, eos non nisi nato jam Christo ex patriâ discessisse. Hanc enim vim habet: *Vidimus stellam ejus in Oriente,* id est, quæ natum significat. Cum autem decimo tertio post die credantur adorasse; reliquum est non ultra octo aut novem dies in itinere posuisse. Nec enim eodem die, quo stellam viderunt, discessisse credendum est, et Jerosolymis, dum Herodes eos interrogat et Scibas et sacerdotes consulti, duos ut minimum mansisse dies validè est verosimile. Quo magis mirum est eos tantillo tempore ex Perside usque videri posuisse. Dux tamen res admirationem tollent; altera quod credibile sit eos non ex ultimiis, sed ex proximi Persarum finibus venisse, qui ab Jerusalem vix ultra duocas leucas distare reperiuntur. Altera, quod verosimile sit camelis usos esse, qui quamvis onerati quadriginta quotidie leucas conficerent dicuntur. Nam quod Remigius vult divinâ id factum virtutem, ut fieri potuisse credendum est, ita factum fuisse non est necessarium, nisi probetur.

JEROSOLYMA. Mirum cur Jerosolymam venerint, cùm in Bethlehem ab stellâ ducentur. Sunt, qui putant stellam propè Jerosolymam disparuisse, ut Magi naturam regem in urbe regâ nuntiantur, ne Judei ignorare possent quod Gentilium testimonio didicissent. In quâ sententia Ambrosius est, lib. 2 in Lucam, c. 2, et August., serm. 50, 51, et 53, de Tempore, et Chrysostomus, hom. 7 in Matth.; Basil., in hom. de hum. Christi Gen.; Theophylact., Bern., in Sentent. Quod est probabilis, quod Jerosolymitanis stellam non viderint, nec enim evangelista videatur pretermisssum fuisse. Quod si non disparuisse, omnes ubique eam vidissent. Id etiam indicat evangelista, vers. 9: *Qui cum audissent regem, abiérunt, et ecce stella quam viderant in Oriente de antecepserat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer.* Quasi dum fuisse Jerosolymæ, non vidissent, et simulaque inde discessissent, iterum videare ceperint. Bernardus existimat prīus Magos Jerosolymam venire voluisse, ut de natô interrogarent rege, idèque stellam sese occultasse; ut qui humanum querant consilium, divinum amitterent dicunt. Mihī non tam eorum curiositate, quâd divino consilio factum videatur, ut Jerosolymam venerint; partim ut Judei inexcusabiles essent, ut Hieronymus ait: partim ut prius à gentibus, quâd à Judæis Christus rex natus annuntiaretur; ne Judæorum

de suo rege testimonium suspectum haberetur, ut Bassilis, hom. de hum. n. Christi Generatione. Humanam etiam postulat ratio, ut qui natum querebant regem, in regiam urbem venirent.

VERS. 2. — **QUI NATUS EST.** Notanda Magorum assertioria; non enim dubitantes interrogant: an natus sit; sed certi, tanquam à Deo docti, natum esse asserunt. Videntur etiam ita loqui, quasi omnes natum esse sciant. Et verò quis crederet Iudeorum natum regem Persas scire, ignorare Judeos? Credibile etiam est eos de novo rege interrogasse; de quo cùm nihil cognoscere potuerint, Ierosolymam venerentur, quasi in urbe regia scituri, quod in aliis scire non potuisse.

Rex Iudeorum. Daibos modis haec verba jungi possunt vel Rex Iudeorum qui natus est, vel qui natus est Rex Iudeorum; uterque sensus probabilis, secundus tamen mibi videtur probabilius, quia *apparatu*. Nec enim ignorare Magi poterant Herodem legitimum et naturale non esse regem; sed facitum, et à populo Romano datum. Facitio ergo regi naturalem opponunt.

VIDIMUS ENIM STELLAM EJUS, indicem natalis ejus. Quinque de hac stellā quāri posunt: qualis fuerit? quando primum visa? ubi? quomodo ex eis Magi conoverint natum esse Christum? cur per eam potius quam alia ratione docēti fuerint? Veram fuisse stellam unam de numero exterorum, quia ad prastrandū Magis obsequium descendit. Gregorius Nyssenus existimat in homilia de Christi incarnatione. Alii fore ones non veram stellam; sed stellā similitudinem fuisse putant, Chrysost., hom. in Math. 2; Basilius, hom. de humana Christi Generatione; Ambrosius, lib. 2, in Lucan. c. 2; Augustinus, serm. 50 de Tempore; Fulgentius in homilia de Epiphania; Auctor librorum de Mirabilibus sacrae Scripturae, qui nomine Augustini circumferuntur, lib. 5, c. 4. Quod multis probant argumenta: quod nunquam ante visa, quod nunquam post, quod non fuerit in celo, aliquo viam monstrare non posset, quod ab Oriente in Occidente contra naturalem cursum venerit, quod non solum nocti, sed etiam interdiu luxerit, quod sese aliquando occultaverit, ut divinus vers. 1, quod steterit supra domum ubi erat puer. Quae omnia probabili, non necessaria arguenda sunt. Nam qui fecerat aliquando, ut sol staret, aliquando ut retrorsum reverteretur; facere potius ut vera statione naturali reliqua istihac prater nativitatem suam officia prestaret, sed quia miracula Deus sine necessitate facere non solet, nec à nobis, nisi probeatur, pro miraculis ha-

VERS. 2. — **VIDIMUS ENIM STELLAM,** nativitas ejus indicem. In ORIENTE. Illud est probabilius tunc visam fuisse stellam, cum natus est Jesus, nec credibile est eam ante bī nōmī, aut plures menses apparuisse, ut multis videtur. Locum enim inquirunt Magi, ubi natus sit Christus, in cuius rei argumentum alienum ejus stellam à se visum, quam unique viderint, non futura, sed ut prater nativitatis indicem. Neque ultra subiectum ratio profectio suam tamdiu prolixus esset, si ait hic etiam, aut saltem à conceptu dominis stellam ipsam compresens. Quoniam autem ante

benda sunt; credibilis est veram non fuisse stellam, cùm stellae similitudo esse potuerit; et ad docentes duocendos Magos satis esset, stellam apparentem Evangelista propter similitudinem, non propter veritatem appellavit, sicut nos cometam stellam vocamus. Quid autem fuerit, magna inter scriptores dissentio est. Nonnulli Spiritum sanctum fuisse putant, qui, n post baptismum specie columbae; ita nunc specie stellae ad demonstrandum Christum descendit. Ita autem illo librorum de mirabilibus sacrae Scripturae lib. 5, c. 4. Alii fuisse angelum, qui stelle speciem induerit. Nam et angelos stellas appellant, Apocal. 1, 20; hanc opinionem auctor illi, quem paulo nō nominavimus, probabilius. Theophylactus veram existimat Plerique alii cometam fuisse dicunt. Ego autem comitem, aut angelum dixerim.

Quando autem sit visa, non convenit. Quidam duobus annis, anteponit Christos nascere ut vixam diximus propter illa verba vers. 16: *A bimatu et infra, secundum tempus, quod exsigerat à Magis,* ut refert Euthymius. Et quidam auctor Operis Imperialis, homil. 2, ita sentit, et Nicéphorus, lib. 1, 15. Idemque aliquando sensit Augustinus, ut appareat ex serm. 56 de Tempore: quanquam sententiam postea corrixit. Alii uno ante anno, ut idem refert Euthymius. Alii aliquanto ante, ut Chrysost., Euthymius et Theophylactus. Alii ex ipso die quo natus est Christus, ut Augustinus, serm. 4 de Epiphania; quod ego probabiliter sum puto. Hancenim vim in illis verbis animadverto, *Vidimus stellam ejus in Oriente,* id est, que cum natum significabit: et in illis: *Ubi est quia natus est?* quasi ex stellā non nasciturum Christum; sed jam natum certo cognovissent. Cur ergo Herodes à bimatu, et infra prouocat occidit, secundum tempus quod expiaturat à Magis? vers. 16 dicimus.

Alii viderint, non constat. Hęc enim verba ambigua sunt: *Vidimus stellam ejus in Oriente.* Sensus enim duplex esse potest; aut eos cum in Oriente essent, stellam in Occidente vidiisse, aut vidisse stellam quae apparetur in Oriente, ut 2 Reg. 11, 2: *Viditque mulierem ex adverso se latenter super solarium suum.* Bubilla enim est, an viderit mulierem, quae super solarium suum lavalat, an ipse ex solario suo eam viderit. Nonnulli ergo non in Oriente, sed in Occidente stellam apparuisse putant, quod sutor lib. de Mirab. sacra Scriptura, lib. 5, c. 4, affirmat Strabon in medio relinquat. Sed non videtur nulli dubitandum quia in ipso illis Oriente primum apparuerit, et via dux fuit. Cum enim dicunt: *Vidimus stellam ejus in Oriente;* non tam unde, quam quāratione moti venerint, dicere

possamus dies stellā tunc visa ab iis fuit, cum essent in Oriente, sive ea staret in loco, ubi nū erant, et a præterit, sive è regione Iudeæ ab eis cerneretur, cumque in sublimi sera exitisse verisimiliter est. Nihil terrena Magorum historiam post purificationem contingit putant, ut vetustissimum Evangeliorum corda, que Ammonio tribuitur. S. Leo post Eusebium in Chronicis rerum huius ordinem constitutere videtur, cum ait epist. 15: *Aliud esse tempus quo infans circuncidatur, aliud quo hostia pro legalis offeratur,* aliud cum tres Magi, etc. Communis tan-

ritatem, et propter verisimilitudinem valde probablem. Videnturque Magi, cum dicunt: *Vidimus stellam ejus in Oriente;* ita loqui quasi de re, quia Judeis nota esset, existimantes Judeos eam prophetiam, quam ipsi Gentiles scirent, ignorare non posse. Non enim dicunt: *Vidimus stellam quādam in Occidente;* sed *ridiculus stellam ejus,* quia de illa loquuntur, quam omnes sciebant nascendi Christo appetitum; quemadmodum si quis nunc dicet: Antichristus venit, et ut Andrea Petro fratri suo dixit: *Invenimus Messiam,* Joan. 1, 45. Angst probabilitatem, quid Herodes credidit per eam stellam natum singulari Christum, quasi id vulgo notum esset. Nec enim rogat principes sacerdotum, an Christo nascendi stella apparitura sit, sed ubi Christus sit nasciturus. Quod autem quidam objicunt in illa prophetia Balaam stellam Christum natum docerit, et ut eum adoratur proficerentur, imperavit. Alii naturali astrorum scientia eos conjectisse, quid videntur Priscillianisti existimasse sep̄ de hęc re ab Augustino, Chrysostomo, Leone, et Gregorio reprehensi. Enimvero certum est naturali scientia non solim Deum, sed ne hominem quidem illum natum esse cognosci posse. Reliquum ergo est, ut revelatione cognoverint. Quo autem modo, aut quando ea facta sit, de obdubitatione Hieron., in caput Isaiae 19, per demones factam putat. Idemque scripsisse lib. 4 contra Celsum videtur Origenes; qui sicut alia, sic etiam hoc adjurari Magos docuerint, quid stella significaret. Nec improbable omnino est voluisse Deum filii sui ortum per demones declarari, cum vi deamus eos Christum negantibus Judæis confiteri, Matth. 8, 9, et consonantem videbatur, ut pastores, qui coelum perpetuo continebantur, per angelos à celo; Magi, qui ab inferno scientiam trahiebant, ab inferno per demones docerentur. Alii per angelos factam malunt, ut August., serm. de Epiph. Alii intrinsecis à Deo hoc mysterium eorum animis insiprandō, ut Leo, serm. 1 de Epiph., quod et Augustinus videbatur approbare, serm. 34 de Tempore. Constantissima vero omnium fere veterum auctorū opinio est Magos ex prophetia Balaam iam dii cognitissimo Christo nascente stellam oriturum, Num. 24, 17. *Orientet stellā ex Iacob.* Magos enim aut posteriori fuisse Balaam, aut ex eius posteris qui vicini fuerint, eam Prophetiam traditionemque accepisse; Origenes, hom. 45, in Num.; Ambros., lib. 2 in Lucan. c. 2; Chrysost., hom. 1 in variis Evangelistis; Epiphanius in Epiph.; Basilius, hom. de humana Christi Generat.; Auctor Imperfeci., hom. 2; Hieronym., hoc loco. Quod ego et proper tot tantumque testimonia auto-

sententia est ante diem purificationis Magos Jesum adorasse, cum ex veteri Ecclesiæ traditione dictis sexi saeculi paucri huius manifestationi sit consuetus, neque ē Perside, sed ex Arabiā quae est ad ortum liberum Palestine habita ratione, advenierunt. Quanquam fateor non satis firmum huc duci argumentum, eos ante diem purificationis venisse, quid diem Epiphanius sexto Januarii Ecclesia Latina ante 1500 annos concelebrare. Nam in Oriente festum nativitatis Domini, et manifestacionis, et mysteria penè omnia quia ad Christi infantiam pertinent. Baptisma quoque ejus eodem die celebrabant, teste Cassiano, collat. 10.

Nome etiam die 23 decembris Epiphanius eum Nativitate conjugunt. Ecclesia quidem Latina ab initio saeculi secundi Epiphanianum diei sexto Januarii affixit, eis et Baptisma Christi, et miraculum in Cana Galilee factum adjuxit. Sic Innocentius die 28 decembris ecclesie non sum, tametsi eis dies eorum martyris consecratur. Probabilis itaque videtur pacis ante purificationem diebus Magos advenisse.

VERS. 4. — **ET CONGREGANS OMNES PRINCIPES SACERDOTUM;** viginti quatuor famularum sacerdotialium principes qui primi erant inter sacerdotes

madvertisimus, ut Math. 16, 21, et 20, 18 et 21, 15, 25, 45. Sunt qui dicant principes sacerdotum appellari omnes, qui summi aliquando fuisse sacerdotes; erant enim anni et venales, Joan. 11, 49, et 18, 15, ex quo Pompeius urbem expugnaverat, et postea sacerdotalem in sum, populi Romani potestem reddegerat, ut Josephus scribi, lib. 18 Ant. c. 6, et Eusebii, lib. 1 Hist. eccles., c. 6. Ia Chrysost. et Euthym., infra, c. 26, 5, et Theophylact. interpretantur Marcum 14, quorum opinio inde refellitur, quod antiquum annui essent summi sacerdotes, cum ea dignitas non ante finem vite finitur, plures tamen principes sacerdotum dictos legimus, 2 Par. 36, 14. Unus ergo erat, et multi. Unus summus, qui absolutus princeps sacerdotum , aut pontifex vocabatur. Multi qui erant capita familiarium sacerdotalem, ut apparet, 1 Par. 15, vers. 6, usque ad 12, et c. 24, 6. Vocat ergo Hiero- dorus sacerdotes, quia coram erat officium de lege respondere, Mal. 2, 7, non omnes, quia infinitus fuisse numerus; sed principes, qui et pauciores et doctiores erant; et quia erant ex numero Sanhedrim ordinario iudicium ; et quasi curiarii, ut intelligitur 1 Par. 25, 4; Math. 26, 5; Marcii 14, 18; Act. 4, 26, et multis aliis locis, ubi sine principibus sacerdotum nullum concilium cogitur.

ET SCRIBAS POPULI. Scribae propriè erant publici notarii quorum officium erat non solum publica instrumenta conficerre, sed etiam sacras Scripturas incorruptas servare, carmenque sensum interpretari, ut constat 4 Reg. 22, 8, 9, 10 et 1 Esdra, 7, 10, 11, et Matth. 7, 29, et 17, 10, et 25, 2, et 1 Cor. 4, 20. Itaque idem *vocatus*, id est, legere perit vocabantur; Luc. 7, 50, et 11, 46. Non item *vocati* legislatores, ut quidam putant. Horum enim major erat dignitas. Quemadmodum apud Graecos grammatici primi dicti sunt, qui litteras noverant, id est, legere et scribere; deinde qui auctores corrigebant, et interpretabantur; qui in omnibus questionibus, quo de historiis, fabulis, auctorum sensu incidebant, judices erant. Theophylactus: id est ab Herode etiam vocantur, et quia pars magna concilii erant, Marci 14, 55, et 15, 4: Iaces 29, 66 abesse arbitror. Cautio Hieronymus, qui sacerdotes potius et scribas, quam evangelistam accusar maluit. Putat enim in commentariis in cap. 5 Michæa, evangelista non quid propheta dixerit, sed quid sacerdotes et scribi responderint narrare voluisse, ut Scripturam in illis ignorarium notaret. Sed neque credibile est sacerdotes, quantumvis indoctos, prophetæ verba infideliter recitasse; presertim cum verosimile sit in re tam serua librum ipsum in medium protulisse; et evangelista potius laudandi, quam reprehendendi causâ videatur eorum responsum recitasse; ut ex adversariorum etiam sententia probaret Christum in Bethlehem fuisse nasciturum. Alii interrogative locum prophete legendum putant; ut idem sit: *An minima es?* apud prophetam; et *nequaquam minima es* apud evangelistam; quod non esset credibile si neobaptizatus.

VERS. 6. — ET TU BETHLEHEM, etc. Sic locus illle Michæe, 5, 2, profertur à scribis, ut pro Ephrætā posterius terra Iuda, et pro minima es, nequaquam minima es. Scriba et Pharisei explicare maluerunt quod simili propheta, quād sensum ejus subobscurum redere. In Hebreo, et in Septuaginta eius deinceps negatio: sic habet propheta: Et tu, Bethlehem Ephræt, que alio nomine vocari Ephræt, cùm esset altera Bethlehem in tribu Zabulon: Parvulus est, Matth. 2, nequaquam minima es. Sunt qui ab eam rationem hunc locum à Iudeis corruptum velint; aliū legunt per interrogatio-
nem, numquid pervera es? Isidorus, lib. 4 contra Jobeas, c. 41. Sic tamen comode potest explicari, si ex exiguo civium numero, ex te tamen dux magnus orietur, nec dignitate parva es, ut MILLES IUDA, in oppido Iuda: Matth. 2: In principiis Iuda, vox Hebreia utroque modo veri potest. Idem est Bethlehem esse in principiis, et in milibus exiguum comparare ad urbes majores, non minimam dignitatem, exiguum, id est oppidum, insigne tamen dabis principem. Tribus Iudas in eatus 1000 hominum distinetas erat.

COMMENTARIA. CAP. II.

et scribarum an evangeliste. Nonnulli enim interpres
evangeliste esse putant, qui haud scio quomodo
explicere questionem possent; sed eos conexio con-
textus verborum videtur redargere. Sunt ergo
sacredotia verba ab evangelista fideliciter esse,
batur enim: *Ei egressus ejus a diebus aeternitatis*, quod
illi tacuerunt. Sed non tam malignitate quam pru-
denti mibi hinc tacuisse, quod ad questionem
ab Herode propositam: *Ubi Christus nasciturus eset*,
nihil attingebat.

VERS. 7. — CLAM VOCATIS MAGIS. Clam vocat, quia Christo insidias para.

TEMPUS STELLÆ, tempus quo apparuerat stella, id est, quo illis tempore primum cœpisset apparere.

Ephraim, ut est, erat Iudea. Iudea, ut est, erat Zabulon, et Iuda. Iuda, ut est, erat Ephraim. quia vocata fuerat. Genes. 35, 16, 19, et 48, 7. Quia ergo alia erat Bethlehem in tribu Zabulon, Ioseus 19, 45, et Iud. 12, 8, que Ephraim non cognominabatur, addidit Prophetia hoc epithemum, ut hanc Bethlehem, ab illa distinguere; sacerdotes vero epithemum prophete, alio clariori epitheto explicare voluerunt; Et ut, *Bethlehem Ephraim*, id est, que es terra Iudea, non Zabulon; ut doceant sensum prophete esse, non in ea Bethlehem, quem erat in tribu Zabulon; sed in ea que in tribu erat Iudea Christum nasciturum. Id enim Herodes magnopere putabat suā intercessu, ut sciret. Quid autem sequitur: *Minima es ut sis*, sic exposerunt, quasi propheta ironice locutus fuisse: *Minima quidem videris*, si numerorum tuorum spectetur ambitus; at nequamquam minima es: *Ex te enim exierit dux*, etc. *In milibus*, מיליאן, interpretari sunt, in diebus, id est, inter duces, aut proventu ducum. Nomen enim מיליאן utrumque significat et duces, et mille, qui quāduas mille plerisque dominibus praescerant, inde גלעדי, Graciel appellati. Fuisse autem populum in chiladas distributum, et nemo nescit; et Exodi 18, 25, et 1 Par. 25, 4, manifestum est. Quid ideo in veteri Graecorum inventum est.

GAUDIO MAGNO VALDE, id est, maximo. Notus et frequens Hebraismus, Jer. 24, 5 : *Ficus bonas bonas valde*, id est, optimas ; et *ficus malas malas valde*, id est, pessimas.

vum oppidum unum jam prestantissimum ducem Davidem protulisse; alterum vero longè prestantiorum Christum prolaturum; et quia de Christi ducis ortu agebatur, appositi sacerdotes interpretati sunt, *in dubibus Iuda.* Quod autem per Iacobum dominetur, interpretati sunt *pascut*, regendi modum declarare voluntur; futurum significantes ut Christus non in virginerra, ut gentes; sed in pede benigni pastoris, cuius oves essent propria, populum suum regere; simulque, ut opinor, ad Davidem Christi figuram alludent, qui à pascendis oviibus ad pascendum populum Dei traductus est. *Nam de gregibus ovium assumpsit eum, de post fetantes accepit eum pascere Jacob servum suum, et Israel hereditatem suam,* Psal. 77, 76, 77, sicut Petrus et Andreas allusione ad praeteritum officium picatores hominum facti dicuntur, Matth. 4, 19. Melius tamen nisi motus interpres vertisse videatur, *reget*, quia alii nonnulli vertunt, *pascut*; quia non vocativa.

VERS. 41. — ET INTRANTES DOMUM. Quia domum, non stabulum intrare dicuntur Magi, nata questione est an adie in presépi jacentem Christum invenerint. Epiphanius, heresi 31, hinc argumentum Magos duobus post Christum natum anni venisse; quod non in stabulo ubi natus fuerat, sed in domo eum dicuntur invenisse; idemque Theophylactus affirmit. Alii ferè omnes in presépi à Magis inventum et adoratum fuisse tradunt. Justinus in Tryph., Chrysostom., homo in Matth. 7, auctor Imperf., hom. 2, August., serm. 1 et 2, de Epiphaniâ. Imò vero Euthymius dubitat, utriusque Magi an pastores adoraverint, pariterque utrumque putat esse probabile. Quanquam ego de eo non existimo dubitandum, cùm cædem nota, quâ Christus natus esset, pastores constet adorasse, *Luc. 2, 10-16.* Magos autem, etsi tertio decimo venerunt die, non jam in presépi, sed honestiore loco Christum invenerint mili probabile videatur. Quod enim in pra-

verant Christum pastorem, sicut reges Homeris vocare solet; sed ducem, cum quo incliti regendi quam pascendi coleret verbum. Chrysostomus, et auctor Operis Imperfecti sacerdotes reprehendunt, quod non integrum Prophetae testimonium produxerint. Semper

thiehem descriptionis causa, qui ex familiâ Davidi genitus docebat, non erat in diversorio, Lue. 2, 7. Mysterio jam erat satisfactum. Necessitatem cessisse credendum est; et Mariam aut Joseph omni diligentia commodiorem locum quiescisse suadet ipsorum pietas. Auctores verò illi superiores concionando fortasse, magis quam interpretando in præsepi adoratum dixerunt, quid id est mysterium, et admirationem, et Magorum fidem augere videbatur: sed quia illa superior forè communis est Patrum sententia, non facile est rejicienda.

CUS MARIA MATER ETS. Quod Josephi mentio non sat, aut casu, quod forè domi tum non esset; aut mysterio factum est, quod omnes hic à Magis non inventarū, ne forè Christi patrem putarebant. Nam pastores puerum cum Joseph et Maria dicuntur inventivenses, Lue. 2, 16.

OULYEREL EI MUNERA, AUREUM, THUS ET MYRRHAM. Quibus Orienta es abundant, quanquam nolim mysterium excludere, quod omnes hic veteres auctores tanto consensu cognoverint, ut regi aurum, Deo thus, homini myrra data sint. Minus enim mysterii esse videbatur; quod mulier illa unguento Christum perfidisset, quod nihilominus erat apud Orientales usitatum; tamen Christus ad significandam suam sepulturam, de qua nihil fortasse mulier cogitabat, factum dixit, Math. 26, 12. Iuges autem mysterii cisi non Christum, qui nihil eum de magis locutum legimus; tamen omnes veteres auctores interpres habemus, Ireneum, lib. 5, c. 10; Cyprian, serm. de Stellâ et Magis; Origen, lib. 1, contra Celsum; Basil, hom. de humana Christi Generatione; Gregorium Nyssen., hom. de Christi Nativitate; Chrysostom., hom. 1, in variis Evangelistis; Ambros., lib. 1, de Fide, c. 2; August., serm. 1, de Epiphian., et serm. 37; Hieronymus, in Comment.; Juvenalim et Sædulim, quorum nota sunt carmina. Solis in sententiis Bernardus etiam totus alia mysticæ esse soleat et hoc ipsum mysterio tribuat, serm. 2 et 5, de Epiph., nullus hic mysterium agnoscit, sed aurum paupertati, myrrham consolidans infantilibus membris, thus loci fectori mitigando datum potat. An autem singuli singula, an eucœi communiter cuncta obtulerint dona, quod Strabo incertum relinquunt, diximus vers. 5. Aliam hic nonnulli questionem mouent, quam, ut curiosam, prateriusse, nisi aliquam ad explicandum alium Scripturam lucem afferre posse judicassent: Quà in re tantum thesaurum Joseph et Maria consumperint? Nec enim verosimile est reges qui ex Oriente usque venisse, et thesauros aperiisse dicuntur, parum quidam obtulisse aurum; et videmus tamen Mariam Purificationis die agnum, ut præscriptum in lege erat, emere non potuisse, ideoque per turram, aut duos pullos columbarum obtulisse; Luce 2, 24. Responso non constare ex eo loco, utrum Maria agnum, an

VERS. 12 et 13. — RESPONSO ACCEPTO; DIVINITUS admissum. Ex Ägypto. Ex Osee, c. 11, v. 1, sed iuxta alias ex c. 23, v. 22. Numeri, sumitur hic locus. Quem locum eius ad litteram de redditu Israelitarum ex Ägypto interpretari vobis, optimè tamen de Christi redditu intelligenter, saltem per allegorianum, cum sit verus Dei Filius.

par turram vel duos pullos columbarum obtulerit; tamen quia probabilitate inde colligitur; et ha omnes sentunt; placet mihi, quod à quibusdam dictum est thesaurum illum Deo fuisse ab illis consecratum. Nam quod atq; dicunt ad peregrinationem Ägypti servatum fuisse, ideo minus credo, quod et avaritiam redireat; et quando puer præstatus in templo est, nihilominus de ea peregrinatione Josephus cogitaverat, quo tempore thesaurum consumptum Jam fuisse probavimus.

Vers. 15. — SCIRE ET ACCIPI: ēpiph. 22,22,23. exprefgatissen accipe, id est, expurgari statim, et accipe, ut effectus interpretatur.

Vers. 14. — QUI CONSERVANTIS: ēpiph. 22,22,23. Ille vero expelgatissen, id est, eum statim post visum evigilasset, accepit puerum, et de nocte fugit. Credibile est prope fuisse carnificis, qui puerum quererent, quando intempestiva nocte fugere jubuerat. Fugiter autem non ex Bethlehem, nec ex Jerusalem; sed ex Nazareth, que erat in Galilæa, ut perspicuum est ex Luce, c. 2, 39. Cur autem in Ägyptum, prompta est causa, ut essent extra Herodis imperium. Aliam evangelista reddit, ut impetreret quod dictum fuerat per prophetam Osee, 11, 1: *Ex Ägypto vocavi filium meum*, quanquam ibi non tam causa quoniam eventus significatur. Erat Ägyptus in rebus adversis Iudeorum configurata. Nam fames olim impulsu in Ägyptum confugerunt, Gen. 46, 6, et bello longè post à Chaldeis vexati, qui ex calamitate reliqui erant, eodem sese contulerunt, 4 Reg. 25, 26. Videatur Ägyptus schola esse filiorum Dei, qui adolescere non possunt, nisi vexator.

ET ERAT IBI USQUE AD ORBITAM HERODIS. Quamdiu Christus manuerit in Ägypto, aut quo loco, quidve illi erigerit, nec expressit evangelista, nec aliunde certò constare posse arbitror. Qui septem annos fuisse dicunt, auctorem secuti eum, qui Scholasticus, ut vocant, scripsit historiam, non probant. Negue qui tres, ut Nicephorus, lib. 1, c. 14. Omnia fere sententia est duos fuisse annos; quod Epiphanius, har. 51, videatur approbare. Res fortasse non ita magni respect, sed si volumus, quod in eâ est probabilissimum, perversigare, tria nōb̄ principia sequenda sunt; que ex evangelista facile probantur. Unum est, hanc fugam eodem anno configisse, quo Christus à Magis adoratus est; et quidem non multò post adorationem. Hoc enim verba illa significant: *Tunc Herodes videns quod ille sus esset à Magis*, et huc, vers. 15: *Qui cum recesserunt, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph*, que quoniam, ut diximus, non significant statim; tamen certè significant non multò post Magorum adoratum et Joseph, ut fugeret, admonitus; et Heroden pueros occidere copisse. Alterum est, eodem anno, quo Herodes mortuus est, Christum in Ägypto reverisse. Hoc enim illa indicant verba, vers. 19, 20: *Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph*, dicens: *Surge, et accipe puerum et puto interpretari vobis, optimè tamen de Christi redditu intelligenter, saltem per allegorianum, cum sit verus Dei Filius.*

dictum est. Nec volo, cum haec dicam, bous auctoribus fidem abrogare; qui Christo in Ägyptum ingredienti idola cornucesserunt tradent, ut Hieronymus in c. 19 refert, nec reject; quodque tam multi dixerant, ut inquit traditio videri possit, Palladius in Lusitanæ Histor. Credatur sanè Sozomeno, lib. 5, c. 20, veterem famam referenti, Christo infanti Hermopolin Ägypti urbem ingredienti præcessanti arbore acclimatato; Mahometu tamen, et nescio cui de infantia Salvatoris libro toties ab Hieronymo aliisque Patribus repudiato, ne creditur.

Vers. 15. — UT ADIMPLERET. Ut, hęc loco non videtur mili causam, sed eventum significare; quod Chrysostomus et Damascenus multis locis fieri observaverunt, ut infra, c. 5, 16; Juan. 9, 39, 1 Cor. 11, 19. Nec enim proprietate fugit in Ägyptum, ut prophetia adimpleretur; sed eum vitandi Herodis causa eo fugisset, factum est ut prophetia proprie impleri videatur. Quæ phrasis, quia frequentissime occurrit, explicanda semel est: *Nec quodquid in impietis prophetiam est fieri*; quod per prophetam predictum est, si ergo Irenæi et Tertulliani sententiam in eo sequitur, ut dicamus Christum quadragesimo primo Augusti anno natum fuisse; Eusebii verbū in eo, ut eum annum tricesimum primum Herodis fuisse credamus, necesse erit Christum in Ägypto sex integrōs mānsisse annos, aut etiam septem, si illum ipsum quo fugit, id est, tricesimum primum Herodis numeremus. Quia est illa prima, et ut appareat, veteri opinio; si vero Irenæus, et Tertullianus in Augusti, Epiphanius in Herodis sequentiis annis, restabant annū quinque; aut si primū numeremus, sex, quis fucit Christus in Ägypto: totidemque secundum Eusebii computationem erant anni, si eum solum et in Augusti et in Herodis annis sequuntur. Sicut autem Eusebius in annis Augusti, Epiphanius in annis Herodis credimus, Christus fuit in Ägypto, ut plurimum quinque, si primū numeremus; ut minimum quatuor, si primū non numeremus, annos. Itaque hoc tantum certum est, neque plures sequuntur, neque pauiores quatuor in Ägypto annos commorari posse. Quare opinio illa vulgaris, per duos; et altera illa Nicephori per tres in Ägypto fuisse annos, nihil habet prorsus probabilitatem. Nisi dicimus Magos duobus annis natum Christum adorasse, quod vers. 1 refutavimus. In quā autem urbe Ägypti manserit, quidve illi erigerit, monendum lectorem judice, ut non solum in inquirendo minime curiosus, sed etiam in credendo, si quid invenerit, causas sit. Multa enim de Christi in Ägypto miraculis obscuris vulgo auctoribus circumferri video, que laud scio, an ex Alcorano Mahometi, nē avenirint, ubi eadem inter fabulas legi; et non decet Christianos à Mahometo sperciassim, et mendacissimo auctore Christi discere miracula. Eam gelastam habemus Joannem, qui Christum affirmat primum in Canâ Galilee, conversa in vinum aqua, miraculum edidisse, c. 2, 11. Quod etsi scio ad ea, que post redditum ab Ägypto fecit, posse restringi; tamen cōm̄ nihil sit, quod restringi cogat, multò est probabilis universè intelligendum esse, quod universe

magis crediderunt; nam jam certi ante crediderant. Quemadmodum locum difficillimum Jacob. 2, 25, sumus Deo volente explicaturi. Illa ergo Osee, cap. 11, 4, propheta ex *Egypto vocavi filium meum*, propriè de populo Israel, quem Deus filium primogenitum suum appellare solet, Exod. 4, 22, intelligebatur, ut ex verbis prophetæ manifestum est: *Quia puer Israel, et dilexi eum, et ex Egypto vocavi filium meum.* Dicunt autem nunc impieta secundo ac tertio modo. Nam et populus ille in *Egypto* exulans Christi ibidem exaltari figura dici potest, sicut nunc corpus mysticum Ecclesie corporis naturalis Christi figura est; et Christus populo in eo est similis, quod eterne Dei filius appellatur. Significat autem evangelista illam prophetiam propriè ac perfectè in populo, qui propriè filius non erat, impietè non potuisse; in Christo autem, qui propriè et naturaliter filius erat, perfectissimè implietam esse; quemadmodum si quis diceret illa verba, 2 Reg. 7, 14: *Ego ero illi in patrem, et illi erit mihi in filium*, propriè de Salomone, qui propriè non erat filius, dicta non esse; de Christo autem proprio et naturali filio, propriè dicta esse. Ex *Egypto vocavi filium meum*; Septuaginta verterunt, τὰ ιερὰ αὐτοῦ, filios ejus, aut quia πάντα filium meum legerunt πάντα filios ejus unius adiunctione littera; aut quia sensus magis consentaneum esse judicaverunt, si ita legerent, sicut reverè fuisse, nisi constaret evangelistam legisse πάντα filium meum. Itaque imperiū Julianus hunc Christianis locum objiciebat, quasi evangelista malā fide propheta testimonium retulisset, non animadvertisens evangelistam non Graecam Septuagintam versionem, sed Hebraicam prophetę verba secutum fuisse, Hieronymus in Osee 11.

VERS. 46. — TUNC HERODES. *Tunc*, hoc loco non existimo punctum temporis significare, quasi statim, ut Magi discesserunt, infantes occiderit. Nam inter Magorum discessum, et puerorum cedem aliquantum intercessisse temporis necesse est; et quia vicesimo septimo post adorationem die Christus est in templo Ierosolymae representatus, Luca 2, 22, et quia post aliquandiu manit in Nazareth, Luca 2, 59, et quia credibile est Herodem, quamvis cruentum et crudeliter tyrannum, prius tentasse, an Christum invenire posset, ut solum occidere, quām omnes infantes trucidare; quod se sine magno toto populi in se odio facere non posse non ignorabat; cum ex Josepho intelligamus eum omnibus modis gratiam pueri venari solitus, et non tamquam peregrinus de regno deturbaretur. Quesito igitur prius Christo, nec invento, ne unus evaderet, omnes invadit, quod sine aliquanto tempore fieri non potuit.

ET MITTENS, Hebraismus בְּשָׁבֵךְ; solent Hebrei ut verbo πάντα et Græci ἀπόστολοι absolutè non expressâ, sed intellectâ personâ patiente; quod Latini aut nunc, aut raro admodum faciunt. Et phrasis usus est

VERS. 46. — SECUNDUM TEMPUS; ex ipso tempore quo visa est stella, Herodes constituit occidere infantes à bimatu et infra, ne forte è quem temebat, ante hoc tempus à Magis indicatum illius scrivitam elude-

hoc locus evangelista, mittens, sub., carnifices, ut infra c. 14, 10: *Misitque, et decollavit Joannem in carcere, sicut Hispani simili phrasi dicunt: Embio acortar la cabega, et c. 27, 19: Misit ad eum uxor ejus dicens, nūcul ubi et justo illi;* Psal. 56, 4: *Misit de celo et liberavit me, sub angelos, et Psal. 104, 19: Misit rex, et solvit eum princeps populorum, et dimisit eum.* Similia sunt exempla Marci 5, 31, et 6, 17.

A BENITO ET INFRA. Locus proper obscuritatem historie, et proper opinionem varietatem difficultis. Qui dant dixerunt duobus post Christi natalem annis venisse Magos, idèque Herodem bimac infantes occidisse. Alii uno anno aut circiter altero post, Magos venisse. Qui omnes, si vera de stellâ et Magorum adventu eorum essent opiniones, facilissime sese expedirent ex hoc loco; sed eas vers. 4 et 2, refutavimus. Alii non statim Herodem post Magorum discessum, sed duobus annis post, infantes occidisse; et cum enim tempore vocatum fuisset Roman, ut de morte filiorum causam diceret. Sed ii etiam et contextu verborum evangeliste, que non tam longum patiuntur spatium, et historiam refelluntur. Apparet enim ex Chronicō Eusebii um ante quinque annos filios suos occidisse. Nobis verò, qui neque stellam aut natalem Christi apparuisse, neque Magos multis post diebus venisse credimus, non licet istis fugere diverticulis. Valde multi Strabi et Euthymii placent interpretatione, quam et nonnullis nostro tempore viris doctis placuisse gaudeo, Herodem ad illud tempus, quod exquirerat à Magis, duos præterea adjicisse annos. Itaque illa verba: *Secundum tempus, quod exquirerat à Magis*, non significant occisos esse omnes pueros, qui nati essent duabus annis postquam stella Magis apparisset; sed eos, qui nati essent duobus antequā apparuerant annis. Dices cur duobus annis ante, non duobus post? Respondeo primum quia non erant duo anni post; sed pauci admodum dies, ut vers. 1 ac 2, probatum est. Deinde quia Magi, ut vers. 2, diximus, non nasciturum; sed jam natum esse Christum affirmaverant; at quanto ante tempore natus esset, neque affirmaverant, neque fortassis sciebant. Stella enim jam natum, non quando natus esset, significabat. Volut ergo Herodes cautionis et securitatis causa omnes, qui duobus annis antequā stella apparisset, natè essent, occidere; sicut non solum coi qui in Bethlehem ubi Christum sacerdotes nasciturum dixerant, sed etiam omnes, qui in omnibus finibus ejus natè essent, occidit, et non solum loco, sed etiam tempore plus quam necesse era, crudelitatem extendit, et ne forte errat, errorre auxit.

VERS. 17. — TUNC ADIMPLETUM EST. Eodem modo hec propheta tunc impleta fuisse dicitur, quo illa Osee vers. 15:

VERS. 48. — VOX IN RAMA AUDITA EST. Hic locus in commentariis in Jеремiam copiosius tractatur, summae; non autem post tempus vise stellæ editos jussi occidi: id enim erat prorsus inutile.

VERS. 48. — VOX IN RAMA AUDITA EST; Jерем. 31. Rama urbs erat in excuso loco posita in finibus Be-

mam huc transferemus. Hebrei de abductione duorum tribuum Juda et Benjamin interpretantur, 4 Reg. 24, 10, et 25, 4. Nec dubium est ex circumstantiis Jeremia, quin de illis intelligatur, et per Rachelem tota regio duarum tribuum significetur dupli metonymia, altera quā per personam locus, altera quā per unam urbem tota regio intelligitur. Rachelem in Bethlehem fuisse sepulcrum, Genes. 35, 19, scriptum est. Unde factum, ut per Rachelem Bethlehem intelligatur. Cur autem non simpliciter dixerit, Bethlehem plorans filios suis; sed Rachelem que jam mortua erat, maluerit appellare, cum mortui plorare non soleant, causam esse arbitror quod Rachel feme fuerit, feminam autem est in ejusmodi plorare calamitatibus. Nescio etiam an propheta ad ejus partum alludisset. Maximo enim cum dolore Benjamin peperisse dicitur, Genes. 35, 18, et solent matres eos filios amissos magis flere, quos majore cum dolore pepererunt. Illud etiam, quod admirabile videri potest, Rachelem jam mortuam plorantem induci, non solum elegans, sed magni quoque affectus et significatio plenum est. Indicat enim, nisi me conjectura fallit, è re propheta tantam futuram calamitatem, ut ne una quidam mulier superstite sit, quae plorare possit, et necesse sit ad plorandum ipsos quoque mortuos excitare. Videtur in tragediis simile quidam fieri, cùm mortuorum manus, aut eversarum urbium umbrae lamentantes inducuntur. At cur per fletum Racheli Iudei regni causa significatur, cùm Rachel non Jude, sed Benjamin, Gen. 35, 18, mater fuerit. Quia regni caput erat Jerusalem dicta prius Iacobus, qui in tribu erat Benjamin, Josue 18, 28; 1 Paralip. 11, 4. Quod ergo tunc propheta de captivitate dixit, Matthæus ad cedem infantum accommodavias illam prophetiam, quamvis de infantibus dicta non fuerit, multo tamen aptius de illis, quae de captivis Iudeis dicti potuisse. Et quia illi viri, hi infantes; illi meriti, hi immortales innocentesque; illi capti, hi crudeliter trucidati sunt; illi Iudei, hi propriæ Bethlehemite erant, ut meriti Rachel, id est, Bethlehem magis hos quam illos plorare debeat. Pioratus autem vehementer et gravis significatur, et accumulatione verborum lamentatio et ploratus, et ejacula. Quanquam noster interpres duo tantum legit, melius ut opinor, quia apud prophetam duo tantum sunt, τὰ δὲ nisi dicamus evangelistam hoc loco Septuaginta interpres secutum esse, qui duo Hebraica nomina his tribus, quæ recitavimus, Græcis reddiderunt; et epitheti additione multus, id est, magnus, quod Hebrei sunt amari. Sensus tamen est idem. Nam et Latinum dicimus amarè, id est, multum flere; et loco, jamin, Rachel mater Benjamin sepulta fuit in viâ quæ ducit Bethlehem pacis milibus ab urbe Ramâ. Per hanc urbem in tribu Benjamin situm ductus est populus in captivitatem Babyloniam, tuncque eam urbem ululat captivorum implorans. Unde hec propria ex parte impleta est tempore Nabuchodonosoris, sed ultimum habuit complementum in ipso infantie die. Macrob. 1, 2 Saturat., cap. 4: *Cum audisset, inquit, Augustus inter pueros quos in Syria Herodes ex Iudeoribus intra bimatum fuisse occidi, filium quo-*

S. S. xxii.

ubi flebilis clamor auditus sit, in Rama, in cuius explicatione nominis, putant aliqui nomen appellationis esse, non proprium, quod Hebrei excellsum significat, quasi dicat vocem usque; ad cœos pervenisse, et ut Juvenecus Christianus poeta dixit:

Horrendis graviter calum pulsasse querelis.

Ipse quoque apud Jeremiam Hieronymus ita vertit. Sed multis mili rationibus persuadeo nomen esse proprium, primum quid potius propheta Hebrei dixisset דָמָן aut בְּרַכָּה quām בְּרַכָּה, ut Isaías in sī mili sententia dixit, c. 58, 4, et David, Psal. 92, 4. Deinde quia et Chaldeus paraphrastes, et Septuaginta interpres nonne proprium fecerunt. Postremo quia quisquis Evangelium Matthei et Hebreo in Graecum sermonem vertit; itemque Latinus noster interpres, si nomen proprium esse non existimatissen, non ipsum Hebraicum nomen integrum reliquistisset; sed uterque suā lingvā resolvisset: ille ἡ τὸ φέρων aut ἐπὶ τοῖς φέρων, hic, in excelsis, ut Marci 11, 10. Nemo negat Rama nomen esse urbis, sed quia nœc est in tribu Juda, ne prope Bethlehem; sed in tribu Benjamin, et iuxta Cabaon, Josue 18, 25, et Jud. 4, 5, et 19, 15, non patarunt interpres de cœlo posse prophetam. Ego vero propterea existimo prophetam eam urbem nominasse, quod non in tribu Juda, sed in tribu erat Benjamin, voluit enim significare lucrum utriusque tribui communem futurum fuisse, quia utraque tribus in captivitatem ducenda erat, idèque unam urbem Bethlehem ex Iuda; alteram ex Benjamin Rama nominavit. Quod autem objicitur Rama à Bethlehem longè distare, ut fingamus ita esse, tamen eum colun longis certè distabat, et tamen omnes interpretantur ploratum Rachelis ad celum usque pervenisse. Præterquam quid Rama non ita longè à Bethlehem distare potuit; cum constet Bethlehem à Ierusalem non longè distare, et Rama adeo vicina Ierosolymæ fuerit, ut vir ille Levita asinus et uxore impeditus potuerit, à Ierosolymâ occidente penè sole protectus, Rama ante noctem pervenire, Jud. 19, 10, 5. Imo non alia opus est conjectura, quām quod idem ille adeo impeditus et benè prans inclinato jam ad vesperum die profectus ex Bethlehem Rama potuerit pervenire, ut ex eodem loco constat, vers. 1, 9, 15. Cur ergo tunc propheta Rama potius quām aliam urbem nominavit? quia, ut ex eodem loco perspicuum est, Rama in confinio tribus Benjamin et Iuda erat, et voluit propheta significare planctum Iudee adeo futurum magnum, ut usque ad tribum Benjamin exaudiretur. Nescio etiam an propheta sitis et dominis ejus urbis rationem haberuit. Credibile tamen est eam in excelsis fuisse loco, unde et nomen fortassis accepterat.

que ejus occisum, ait: Melius est Herodis porcum esse quam filium. Non quid Antipater Herodis filius una cum innocentibus occisus fuerit; sed Augustus illius necem simul accepit cum infanticidio, ac jam alios ejus liberos neci datos noverat. Josephus hujus seculis nullam facit mentionem, quod forte id parvi duxerit, infantes illius urbis occisis fuisse; vel quod Nicolaus Damascenus qui Herodi erat ab intimis, eam necem silentio pretermisserit.

QUIA NON SENT. Ilic etiam evangelista, aut ejus Grecus interpres non Hebraica prophete verba, sed Scripturam versionem secutus est. Propheta enim dixerat: *quia non est*, id est, quia nemo eorum remanserat, omnibus aut occisis, aut in captivitatem ductis. Septuaginta vero, qui plurali numero filios suos propheta dixerat, obscuritatem fugientes plurali etiam numero veterum *de ceteris*, quod multis alias locis eos fecisse animadvertissemus. Est autem Hebraicus, quo significatur eos qui antea fuerint, penitus ac subito mortui, ut exerceant deprecante videantur, ut Genes. 3, 24, de Enoch dictum est, *et non fuit*, id est, non apparuit ultra, *quia transiit eum Dominus*, et Psal. 56, 56: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut ceteros Libani*, et transiit (aut potius transiit) *et ecce non erat*; significatur ergo hoc loco Judeos Babylonem, infantes in sinum Abrame translatos esse. Incredibili enim consenso omnes veteres autores hos infants vere martyres faciunt. Nam etsi nec lapidati, nec sponte liberique mortuorum pro Christo moruti sunt; sed tamen fuisse sanguine baptizatos et quod in infantum baptismate aliena fide facit, hoc in his perversis tyranni voluntatem pro Christo cum occidentis efficeris, quantumque ipsi oculi fuit; tantum illis Herodis crudelitatem profuisse, Iren. lib. 5, c. 8; Justinus, q. 15 ad Orthod. Cyprian. lib. 4, epist. 6; Origin. hom. in Matth. Hilarius in Comment. Chrysostom. 2, in variis Evangelist.; Eusebius, Emissus; August., lib. 5 de Expositione symb., c. 4, et lib. 15 de Cœlest. c. 7. Prudentius in hymno de Epiphania, Fulgentius, de Epiph., et lib. 1 de Fide ad Petrum, c. 3 et 59; Leo, serm. 1 de Epiphania, Bernardus in serm. de Innocentibus, et hom. in Cantica 66.

VERS. 19.—DEFUNCTO AUTEM HERODE. Quomodo exstantius fuerit, scribit Josephus, lib. 17 Ant., c. 8, et lib. 1 de Bello Jud., c. 21, et Ilegesippus, lib. 1, c. 45, et Eusebius, lib. 1 Hist. eccles., 1, 8, qui et illud addit ob nefarissim cedem infinitum tam infanti generere morbi fuisse conjectum.

VERS. 20.—SILENT ET ACCIPE. Vide vers. 15.

DEFUNCTI SUNT ENIM. Syllepsis est, quia de uno loquens utrum numero plurimi. Una Herodes mortuus erat, sed multi carthagini ejus jussu quererent animam pueri. Animam ab Hebreis pro vita ponit, notus est quoniam ut quisquam possit ignorare.

VERS. 22.—AUDIENS AUTEM QOD ARCHELAUS REGNABET. Novem Herodes uxores habuit. Ex duabus, altera consobrina, altera fratris filia, nullus suscepit filios. Ex aliis novem filios processavit, Alexandrum, Aristobulum, Antipatrum, Herodem, Antipam, qui et ipse postea Herodis cognomentum accepit, Archelaum, Her-

VERS. 30.—DEFUNCTI SUNT ENIM. Numerus plura- lis pro singulari, que est enallage numeri.

VERS. 23.—NAZAREUS VOCABITUR. Vox in Scripturis usitate Deo consecratum et a seculo secretum significat: utrumque Christo optimè convenit. *Quod dicitur est per prophetas*, per unum è prophetis locundum usitate; Joan. 6, 45: *Est scriptio in prophetis*, erunt omnes discipiles Dei, Isaie 54. Sie Act. 15, 40: *Dicitum est in prophetis*, videz contem-

dem alterum, Philippum, Phasellum, filias tres, Roxanam, Salomon, et Olympiadem, Josephus, lib. 17. Ant., c. 4, et lib. 18, c. 7, et lib. 1 de Bello Judaeo, c. 48. Ex filiis duos primos strangulaverat, lib. 16 Ant., c. 17, et lib. 1 de Bello Judaeo, c. 17. Tertium Antipatrum quinque ante mortem suam diabolus occidi, lib. 17 Ant., c. 9. Alii mortui erant. Tres patri Herodi superstites fuerunt: Archelaus, Antipas et Philippus. Duo autem testamenta Herodes fecerat. In priore Antipam regni heredem scripsit: in posteriore minata subito voluntate Archelaum Judæam regem; Antipam Galilæam et Peræam tetrarcham; Philippum tetrarcham Trachonitam, Gaulonitam, Bataneam, et Paneadis regionis. Ea tamen conditione, ut nee Archelaus regis nomen assumeret, nee quidquam quod testamento mandasset nisi approbatrice Casaram esset, Josph., lib. 17 Ant., c. 10, et lib. 1 de Bello Jud., c. 21. Quoniam autem Caesar Archelaus regis nomen dare nollerat, sed Etmarach eum Judæam, Idemaco et Samaria fecerit, lib. 17 Ant., c. 15, tamen quia regia uictoria potestate, et illius cum statim post mortem patris regem conciliaverunt, lib. 17 Ant., c. 10, rex vulgo dicebatur, quoniam appellacionem hoc loco Evangelista usurpavit. Mirum autem videri potest, cum Josephus quoniam romano existimat, quod audierit Archelaum regnare, id eoque timuerit in Judæam venire; cum audita Herodis morte facile credere debuit aliquem ejus in regnum illum successisse. Respondeo esse credibile Joseph existimasse, aut neminem fuisse successorum, cum regnum nullo ab Herode jure fuisse occupatum, aut Antipam successorum quem priori testamento regem pater designaverat; quemque mitioris esse sciebat ingenii. Nam haec una potest esse causa, cur in Galilæam, ubi ille dominabatur, ab angelo divertire iubetur. Etsi altera est certior, quod cum rege Judæorum Christo ageretur, plus ab Archelaio rege, quam ab Antipa Tetrarcha timendum erat. Herodus interpres (Calvinus, in Harmonia) Philippum placidissimum hominem ingenui Galilæam tetrarcham impetrato errore facit. Sed cui licet facere ministros, cur tetrarchas facere non licet?

VERS. 25.—UT ADIMPLEMENTERET. Hoc testimonium misquam in sacris Litteris istud verbis reparatur. Quae occasionem interpres varias querendi interpretationes prebuit. Chrysostomus, hom. 9; Theophylactus et Euthymius nullum ex his, qui nunc existent, sed aliquem ex his qui perierint prophetam citari dicunt, qualis fuit Nathan et Esdra propheta, et aliorum, quorum scripta, et Chrysostomus et Athanasius in Synopsis, et repræcis perisse docent. At difficile crediti est prophetas, que non extaretur, Evangelistam sine ptores, Ilahacuc, 1, 5: *Nazarenum vocabitur*, ad Isaie cap. 41, alludit, et *flos de ratiscis illis ascendat*, Hebrewice *Nezer*. Christus *flos illi* cui qui virtutum et doctrina sue odore totum implievit orbem. In Syriacæ versione dictum est *per prophetam*; quoniam Scriptura septuaginta plurimum singulare usurpat. Vox etiam *Nazareus* de Christo ab ipsa urbe Nazareth dicitur. Antiqui Nazarei à verbo *Nazar*, hoc est, separare, dicti sunt.

olim omnes Christianos à gentilibus eodem contemptu vocatos fuisse constat; sicut et hodie Nazarei ab Hebrewis, appellantur, idque multos impediunt, quoniam cum Messiam esse crederent: *Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse?* Joan. 1, 46. Et numquid à Galilæa uenit Christus? Nonne Scriptura dicit, *qua ex semine David et de Betlehem castello, ubi erat David?* Joan. 7, 41, 42, et rursus: *Nunquid et tu Galilæus es?* scrutare Scripturas, et vide quia à Galilæa propheta non surgit, ibidem, vers. 52, ergo voluit donec evangelista id impedimento esse non debere, quoniam Christus Messias crederetur. Nam etsi Scriptura non ex Nazareth Galilæam, sed ex Bethlehem Jude venturum testatur, Christum tamen non vocari Nazareum, quod in Nazareth natus esset, sed quod in ea habitaverit, natum enim fuisse, ut antea dixerat, in Bethlehem Iuda: quin potius nomen Nazarei argumento esse cum esse Messiam, cum cum Isaia propheta *natas*, id est, Nazareum appelleretur. Tres contra hanc interpretationem objections occurunt. Primo, quod alio sensu Christus apud prophetam *natus* germin, aut flos; alio à Judæis *Nasari*, Nazareus ab urbe Nazareth vocatus sit. Respondeo id evangelistam non ignorasse, sed contentum fuisse donec illud ipsum nomen quod Christo à Judæis per contemptum tribui solebat, à prophetâ illi honoris causa tributum fuisse; et corum in ipsos calumniam retorique. Secunda est, quod Nazareth non per *te*, sed per *zain*, id est, non per *s*, sed per *z*, litteram scribit. *Nasart* autem, id est, *Nazareus*, apud Isaiam per *s* scriptum sit. Respondeo Gracius e *z* faciliter mutare. Deinde nomen hujus urbis in vetere Testamento scriptum non repperiri, ut inde judicare licet, quibus Hebrewis litteris scribi debeat. Postremò ex titulo crucis, et ex Hebreworum scriptis manifestum esse hanc urbem ab Hebrewis Nazareth vocatam fuisse, cum inde Christum Nazareum appellarent; Gracius vero et Latinus asperitatis littera fugientes Nazareth et Nazarenus appellasse. Tertia est, quod evangelista non dictum est per prophetam, sed per prophetas, quasi fixum, ut ait Hieronymus, de Scripturis testimonium non proferens. Respondeo non esse novum ut, cum unius tantum prophete testimonium producitur, per prophetas scriptum dicitur. Cuius rei exempla sunt apud hunc ipsum evangelistam, c. 26, 56, et Joan. 6, 43, et Act. 15, 40, et 15, 15. Similemque syllepsis pauli ante observavimus, vers. 20, ubi definit esse dicuntur, qui quererant animam pueri, cum solus Herodes defunctus significetur.

CHAPITRE III.

1. In diebus autem illis, uenit Joannes Baptista prædicens in deserto Judeæ.
2. Et dicens: Pœnitentiam agite, appropinquit enim regnum eborum.
3. Ille est enim qui dictus est per Isiam prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
4. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de

1. Or, en ce temps là, Jean-Baptiste vient prêcher au désert de Judeé.

2. En disant: Faites pénitence, car le royaume des cieux est proche.

3. Car c'est lui dont le prophète Isaié a parlé, disant: Voix de celui qui crie dans le désert: Préparez la voie du Seigneur; rendez droit ses sanctiers.

4. Or, Jean avait un vêtement de poil de chameau,